


ANN. XIV. - N. 85

MENSE MARTIO

AN. 'D. MCMXLIV



# PALAEASTRA LATINA

## SUMMARIUM

- Exercitationes scholares (Barcelona)  
De simplici et gemina littera S.  
(TRISTANIUS)
- Cursus Gymnasticus, (MESA)  
In Angelum Custodem. (AVENARIUS)
- Per Orbem (MESA)
- Adjumenta Grammaticalia, (MIR)
- Nova et Vetera (MIR)
- Certamen
- Bibliographia
- Palaestra Exercitatoria (BAGARÍA-CANALS)
- Exercitationes scholares (Barbastro)
- Curiosa et Jocosa.

fundat

Ordinarii et Superiorum permissu

[www.culturaclasica.com](http://www.culturaclasica.com)

# Exercitationes Scholares

## 5. — Dante et Vergilius

Dante, Vergilium itineris ducem per regna dolori subjecta, elegit; itaque mirificum poëma composuit, idque dulcissimum, quo magnam sibi peperit gioriam laudesque non perituras.

Dante se esse Italiae civem dixit, omnes vero gentes eum ut civem reclamant. Te, cum possis, ad hujus libri lectionem «Divinae Comœdiae» invito, qui multa pulcherrime dicta te docebit.

Dante fuit poëta, isque altissimus. Lege eum et tibi, poësim, non solum esse ariificium ad rana dicenda per suadebis, sed magistrum etiam et thesaurum ut vera et sancta exprimantur.

VALENTINUS CONEJERO, C. M. P.  
e IV lat. anno.

## 6. — De rebus hispanicis

Q. C. Marcellus consul, ut adversum Viriatum, virum invictum, pugnaret, in Hispaniam venit. Arebacos celtiberosque subjecit. Plurimis resistantibus, civitates nonnullas cepit. Nertobricam oppugnavit. Tunc consul clarissimum facinus patrasse dicitur, quod nos hispani non possumus quin laude prosequamur. Erant jam muris arietes admoti. Inveniebantur in ea civitate filii cuiusdam prolioris militantis in cohortibus romanorum. Cives proditione irritati, qua muri parte certe priores morituri erant, filios posuerant. Conscius de facto consul, non obsidere, quam innocentium sanguine effuso urbem capere, maluit.

RAPHAEL SERRA, C. M. P.  
e IV lat. anno

## 7. — De Seminatore parabola

Prima quam Rabbi proposuit parabola de seminatore fuisse videtur. Eodem die quo propinquai et mater eum ut riderent aderant, domo egressus est petulque litus maris. In ora sedit nulloque permisso otio denuo docere coepit. Multitudo exaudiendi avida atque videndi eum numerosissima

convenit. A turba oppressus Jesus ut alias in cymbam ascendere coactus est. Occidente sole, mirabile visu spectaculum...!

In litore praerupto amphitheatum contra mare singente seterunt sieteruntre multa Galiaeorum milia quae attente Magistrum suspiciebant corpus in naricula leniter agitantem inque eos caput attollentem. Eum loquentem gentes spectabant et ipse passis venuste palmis: «audite» dixit. Contionem silentium pervasit mirificum. «Seminator semen seminare exit. Pars in via cecidit, abjecta est et avibus devorata. In terra glarea pars, statimque crevit sed sole exente uita est. Alia inter spinas quae crescentes eam suffocaverunt. Postrema denique in terra optima et fruges produxit maximas. Is dictis: Qui «potest capere capiat» magna voce clamabat. Tunc siluit. Gentes per agros cogitabundae profectae sunt.

PHILIPPUS ALCALDE, C. M. P.  
e V lat anno.

Barbastri

Perterriti ergo lusitani Galbae praetoris crudelitate sese Viriato duci commiserunt qui, etsi pastor, jampridem animi robore et magnitudine noscebatur. Paulo post, incitati milites Viriati exhortatione ad dimicandum procedunt adversum Vectilium, qui in locum Galbae suffectus erat.

Cum ergo Viriatus, milites fame pressos jam de pace facienda cogitare animadverteret, cum saevitiae Galbae, tum romanorum perfidiae multoties expertae eos admirare cepit. Instructa acie, simul ac cum viderent se in equum ascendentem una discedere per que diversa itinera, simul Tribolae congregari jubet.

Fit ita; quem persecutur praetor nescit.

FRANCISCUS BOSOR, C. M. P.  
e IV lat. cursu

# Editorial GRAFICAS CLARET

Lauria, 5 - BARCELONA - Teléfono, 15013

PUBLICA: PALAESTRA LATINA

## LA FIESTA SANTIFICADA

La hoja popular más amena e instructiva que se reparte en las Iglesias todos los domingos y fiestas de precepto del año.

**Precio: 3 ptas el centenar**

**Variedad de libros.**

**Ultima obra:**

## MARAVILLAS DE FÁTIMA

por los Rndos. PP. Fonseca-Jiménez, S. J. - **Precio: 6 ptas.**

FÁBRICA DE MEDALLAS  
CRUCES :: DISTINTIVOS  
INSIGNIAS :: ETC.

# A U S I Ó

PROVENZA, 376  
BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis



# Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

Apartado 1042. - Lauria, 5. - Teléfono 15013. - Barcelona

*Para el Primer Curso:*

Historiae Sacrae Compendium  
(2.<sup>a</sup> ed.) Texto, notas, vocabulario 4 pts.

*Para el Segundo Curso:*

Epitome Historiae Graecae  
(3.<sup>a</sup> ed.) Texto, notas, vocabulario 5 pts.

*Para el Tercer Curso:*

Ciceronis Epistulae Selectae

Solo texto latino	1 pta.
Texto, notas, vocabulario	4 ptas.

Caesaris de Bello Civili  
Texto y notas 5 ptas.

*Para el Cuarto Curso:*

Ciceronis Pro Archia Poeta

Solo texto latino	1 pta.
Texto, notas, vocabulario	3 ptas.

Ciceronis in Catilinam Oratio I

Solo texto latino	1 pta.
Texto, notas, vocabulario	3 ptas.

*Para el Quinto Curso:*

Virgilii Aeneidos liber II

Solo texto latino	2 ptas.
Texto, notas, vocabulario	4 ptas.

*Para el Sexto o Séptimo Curso:*

Prudentii Carmina Selecta  
(agotado)

Canto 1.<sup>º</sup> de la Odisea  
Texto y notas 5 ptas.

Primer Curso de Lengua Latina  
adaptado al Cuestionario Oficial 3 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina  
adaptado al Cuestionario Oficial 5 ptas.

Tercer y Cuarto

Curso de Lengua Latina  
adaptado al Cuestionario Oficial  
(en preparación)

## Repetitorium

Libro de prácticas escolares para  
las primeras clases de latín.  
Contiene:

Programas, Vocabularios, Ejerci-  
cios, Temas, Curiosidades,

Índices

Precio en simil tela	15 ptas.
en cartoné	12 »

## Palaestra Latina

Colección completa,  
desde Enero de 1930  
hasta Diciembre 1942,  
en fascículos sueltos 100 ptas.

*De próxima aparición:*

Horatii Carmina Selecta

Texto, notas, vocabulario

Crispi Sallusti Selecta

Texto, notas, vocabulario

Canto 2.<sup>º</sup> y 3.<sup>º</sup> de la Odisea

Texto y notas

## EN PREPARACIÓN OTROS TEXTOS

Descuentos especiales a librerías y, en pedidos de consideración, a Profesores y Colegios

# PALAESTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pesetarum in Hispania et Lusitania, 11 pes. in America et Philippinis insas, et 12 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

## De simplici et gemina littera S

Cum in litteras latinas operam contulisti, lector, pluriens tibi in animo haesit Jubitatio, quando simplici aut gemina s scriberes. Hae, quae sequuntur, notulae forsitan tioi adjumento futurae sint. Primo quaedam proferam principia quae ad scientiam pertinent, deinde leges usu sequendas et ex principiis mutuatas, subjungam.

### **Principia**

I. *Littera s initio verborum fortis seu surda fuit, et intacta permansit.*

II. *-s- media inter vocales, tenuis facta est et in -r- mutata.* — Haec litterae -s- evolutio, *rhotacismi* nomine apud philologos insignitur et accidisse videtur jam L. Papirii temporibus, a. 339 a. Ch., dictatoris, qui, auctore Cicerone (*ad fam.* 9, 21, 2): «Primus Papisius est vocari desitus», et Varro (*De Lingua Latina*, 7, 26): «In multis verbis in quo antiqui dicebant s, postea dicunt r... foedesum foederum, plusima plurima, meliorem meliorem». (Cfr. QUINT. *Instit. Orat.*, 1, 4, 13). En alia exempla: *flos* > *floris*, *opus* > *operis*, *hesternus* > *heri*, *questus* > *queror*, *mus* > *muris*.

N. B. Sub lege rhotacismi non veniunt: a) verba composita, quorum alterum membrum s- incipit, sic: *de-sino*, *ni-si*, *qua-si*, cet.; b) verba quae nondum confixa erant cum lex rhotacismi vigebat aut quae nondum ab exteris mutuata, ut: *gaesum*, *asinus*, *basis*, *pausa*, *cisium*, *nausea*; c) miser et caesaries ne duo -r- consequerentur: \**mireris* > =*miseris*.

III. *-s- media inter vocales, quae nunc exsistat — praeter ea quae superius diximus —, originem desumit ab -ss- (geminata) quae post vocalem longam aut diphtongum in simplicem (-s-) immutata est primis imperii temporibus, post aetatem auream.* Nam, teste Quintiliano, (*Instit. Orat.* 1, 7, 20): «Quid, quod Ciceronis temporibus paulumque infra, fere quoties s littera media vocalium longarum vel subiecta longis esset, geminabatur, ut *caussae*, *cassus*, *divissiones*? Quomodo et ipsum et Vergilium quoque scripsisse manus eorum docent». Quod idem confirmant inscriptiones in quibus leges: *vassa*, *formossus* (*formonsus*), *quaesso*, cet.

Ergo ex hac lege scribendum:

*suasi* < *suassi* < *suatsi* (< *suadeo*).      *clausi* < *clausi* < *clautsi* (< *claudio*).

<sup>1</sup> Cfr. NIEDE-MANN, *Phonétique historique du latin*, 1931, § 35, 3; 47; 63, 3; 65; 75; 90; 60, 2, c. SOMMER, *Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre*, 3, § 119, 2; 134, 3, a; 379, c; 118, 3; 358, 2, c.

*rōsi* < *rossi* < *rotsi* < *rodsi* (< *rōdo*).  
*mīsi* < *missi* (\**meissi*) < *mitsi* (\**meitsi*) < \**mīto* (\**meito*); praeteritum verbi *mitto* sic explicatur, a forma vulgari supposita \**mito* (\**meito*).

Pro participio *missus*, cfr. infra IV.

N. B. *Cāsus*, *ēsus*, *vīsus* quamvis ab *čđo*, *cădo*, *vīdeo* promanent, simplici -s- indicantur, quia in participio longa sunt:

*căd-tos* > *cātstos* > *catsos* > *cassus* > *cāsus*.

*čđ-tos* > *ētstos* > *etsos* > *essus* > *ēsus*.

Cfr. NIEDERMANN § 90, et ad longam in participio explicandam § 35, 3.

IV. -ss-, post vocalem brevem, geminata perstat: *pā-s-sus* < *pātior*, *confē-s-sus* < *confiteor*, *mī-s-sus* < *mittō*, (*mī-* natura brevis est). In infinitivis tamen contractis geminata (-ss-) retinenda, quamvis longa praecedat: *amāsse* (*amāvisse*), *audisse* (*audivisse*).

Litterae -s- geminatio promanare valet: a) aut ex assimilatione regressiva i. e. ex alia consona, quae copulata litterae s, eidem assimilatur sono: -ts- > -ss; -ds- > -ts- > -ss-, ut: *concussi* < *concut-si* < *concūtio* (*quātio*).

*messui* < *met-sui* < *meto*. *assum* < *at-sum* < *adsum*.

b) aut ex assimilatione progressiva:

*dt* > *tst* > *ss* decidit alterum (-t). *messis* < *mettis* < *mēto*.

*tt* > *tst* > *ss* *fissus* < *fid-tos* < R. *fid* (*findo*). *passus* < *pat-tos* < *pātior*.

V. -s- copulata consonantibus: a) -ss- (geminata) quae consonanti praeest, efficitur -s-:

*ad-spiro* > *as-spiro* > *aspiro*. *dis-spicio* (*specio*) > *dispicio*.

*dis-scindo* > *discindo*. *dis to* > *disto*.

b) -ss- (geminata) quae consonae sequenda erat, devenit -s-:  
*arsi* < *arssi* < *artsi* < *ardsi* < *ardeo*. *sensi* < *senssi* < *sentsi* < *sentio*.

N. B. At ex quadam lege seu necessitate etymologica appetet in vocabulis compositis e particula *ex*: *exsomnis*, *exsul*, *exsequor*, *exsolvo*, *exstruo*, *extinguo*.

c) excidit quoque -s, in positione finali geminata:  
*miles* < *miłess* < *militis* (*milit is*). *custos* < *custoss* < *custots* < *custods*.

### Leges practicæ

Ex iis ergo, sequentes leges prácticas proponendas arbitramur:

1.<sup>a</sup> *In initio et fine verborum unum tantum s scribendum* (I, Vc).

2.<sup>a</sup> *Adiecta vel subiecta consonanti, numquam -s- geminatur* (V a, b): Excipe *ceipe* composita *ex*- (V b, N. B.)

3.<sup>a</sup> Post vocalem *longam* aut *diphthongum* per unum -s- scribendum (III). Excipe *cāsus* (*căd-*), *ēsus* (*čđ-*), *vīsus* (*vīd-*) (III N. B.), composita, exterā, *miser* (II N. B. a, b, c), et *üssi* ab *ūro*, *cēssi*, *cēssum* ab *cēdo*.

4.<sup>a</sup> Post vocalem *origine brevem* semper scribenda -ss- (IV). Ergo si nomen geminā -ss- scriptum legeris, illius memineris: sūperiorem vocalem, *brevem origine* fuisse. Excipe: *ussi*, *cessi* *cessum* (R. *ūr-*, *čđ*). — J. M. TRISTANIUS, C. M. F.

Barbastri, in Osca provincia.

# **Cursus Gymnasticus**

## **Ex Historiarum Livii Praefatione**

Res est praeterea et immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum repetatur, et quae ab exiguis profecta initilis eo creverit ut jam magnitudine laboret sua; et legentium plerisque haud dubito quin primae origines proximaque originibus minus praebitura voluptatis sint, festinantibus ad haec nova, quibus jam pridem praevalentis populi vires se ipsae conficiunt.

Ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum, quae nostra tot per annos vidi aetas, tantisper certe, dum prisca tota illa mente repeto, avertam, omnis expers curae, quae sribentis animum, etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere posset.

Quae ante conditam condendamve urbem poëticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec adfirmare nec refellere in animo est. Datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat; et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano, ut cum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur.

### **Adnotaciones ad textum**

Res populi romani scribere opus quidem difficile et ingratum a Livio existimat:

1. Difficile est a) propter longum temporis spatium: res enim repetuntur supra septingentesimum annum;

b) propter rerum evolutionem et magnitudinem.

2. Est etiam ingratum propter illam differentiam quae inter legentes et scriptorem intercedit:

a) nam legentium plerisque nova tempora, novae res plus afferunt voluptatis;

b) dum Livius scriptor hanc laboris mercedem petit ut a conspectu praesentium calamitatum aversus, prisca illa tota mente repetere possit;

c) id vero, qua de causa? Quia ex-

pers evadet omnis curae quae licet scriptoris animum a veritatis studio nequam avertere valet, quasdam nihilominus molestias ei posset afferre.

3. Livius rerum scriptor (*historiador*) quas nos traditiones et legendas appellamus, eas nec affirmare nec refellere prorsus audet.

a) Nam hoc antiquis conceditur ut humana divinis miscendo urbium primordia reddant veneranda;

b) hanc vero veniam et gloriam populus romanus, quam qui maxime, sibi vindicare potest qui Martem, bellum deum, habet parentem.

Res immensi operis. Verbum «res» in hoc loco duplici occurrit sensu:

1º Res gestae seu narrandae: *Historia que se remonta a más de 700 años.*

2.<sup>o</sup> Res publica romana seu Imperium quod jam magnitudine laborat sua: *Pueblo que cede al peso de su propia grandeza.* Apud Tacitum (*Hist.*, 1, 2) eumdem dicendi modum scriptum reperimus: «Opus aggredior opimum casibus... ipsa etiam pace saevum».

*Septingentesimum.* CIC., *Or.* 120: «Annorum septingentorum memoriam uno libro configavit Atticus.»

*Laboris praemium.* CIC., *De Dir.*, 2, 2, 5: «Evidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui jam aetate proiecti in nostris libris acquiescunt»

*Affirmare refellere.* Ad hanc judicij normam res gestas romanorum Livius scribere pergit

«Sed in rebus tam antiquis si, quae similia veris sint, pro veris accipientur,

satis habeam; haec ad ostentationem scaenae gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem neque adfirmare neque refellere operae pretium est» (LIV. 5, 21, 8). Adde etiam pulcherrima illa verba qua fidem prodigiis datam honestare intentit: «Ceterum et mihi vetustas res scribenti nescio quo pacto anticus fit animus, et quaedam religio tenet, quae illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint ea pro indignis habere quae in meos annales referam» (43-13, 2).

*Consecrare origines.* CIC., *De rep.*, 2, 2, 4: «Quod habemus tam clarum exordium quam hujus urbis condendae principium..? Concedamus enim famae hominum praesertim inveteratae ut genere putarentur divino».

### ***Adnotationes grammaticales***

*Et immensi operis.* Hinc particula *et* cum ea conjungitur quae infra ante «legentum» inventur. Quod quidem apud latinos est in usu ut membra duo copulata distinguantur illustrius. (LOBERA, n. 373).

*Ut quae = quippe qui.* Plures a Livio usurpati, numquam vero a Cicerone.

*Repetatur: se remonta.* CIC., *Leg.*, 1, 6, 20: «Visne ipsius juris ortum a fonte repetamus?»

*Et quae.* Relativum «quae» claritatis causa adhibetur.

*Exiguis = Ablat.* Parvus, parcus, exigilis, tenuis. Ab *exigere*: examinare, ponderare, ad mensuram redigere.

*Labore et magnitudine.* Eleganter dicitur imperium mole seu magnitudine labore, cum latius diffusum sit quam ut comode regi possit. *Laborare* saepe, apud classicos, est malo affici sive corporis sive animi. *Laborare ex pedibus* (padecer degota), *ex invidia* (ser odiado), *ex aere alieno* (estar adeudado) CIC., Rosc. Amer., 53, 154: «Pop. Romanus laborat domestica crudelitate»

*Lectentibus = lectorum.* Particípium praesens a latínis pro substantivo usur-

patur, in casu genitivo praesertim, raro autem in nominativo singulari. Ad primas Livii paginas sequentia invenies: scribentis, condentium, spectantis, collentium.

Differentia vero a substantiis in -tor finitis in eo sita est quod participium praesens actionem exprimit: *legens = qui legit.* Dum substantiva in -tor pressius statum, qualitatem, officium.

*Lector*, ex. gr. apud romanos erat servus litteratus (*anagnosta* graeca appellatione, item a studiis dictus) qui dominis legebat quae jubeabantur.

*Plerisque.* Partitiva genit. gaudent, qui mutari potest in ablativum cum *de* vel *ex: ex legentibus.*

*Haud dubito quin.* Cum interrogatio vel negatio praecedit, *dubito* usurpatur, sequente particula *quin.*

*Origines... originibus.* Livius non semel vocabula repetere mavult quam pronomine uti, idque claritatis amore ducitus vel ad vitanda pronomina cumulata

*Festinantibus = plerisque.* Adjective etiam apud CIC.: «festinans scripsi». *Festinare* est properare, accelerare, esse in magno et continuo motu agendi ali-

quid. Nota discriben: qui unum quid mature transigit, *is properat*; qui multa simul incipit nec perficit, *is festinat*. Pulcre ergo et proprie dicitur de curiosis ad nova currentibus.

*Haec nora = los tiempos modernos, los sucesos contemporáneos.*

*Praevalentis.* Adjective usurpatur et idem est ac: *valde potens, praevalidus.*

*Praemium.* Nota diversas hujus vocis acceptiones:

a) *commodum et utilites* quae ex *praeda et spoliis* est;

b) *quodcumque commodum, beneficium, signum: refertus omnibus praemiis donisque fortunae;*

c) *merces* quae pro labore, industria ac recte factis datur.

*Tantisper (tantis - per, ut parumper, aliquantisper, cet).* Generatim usurpatur cum aliis particulis: *dum, quoad, ut. Dum priscā. Illā totā mente.*

*Expers (ex - pars = qui alcujus rei nullam habet partem)* Cum genitivo, aliquando a non classicis cum ablat.

*scribentis = scriptoris.* (Cfr. *legentium*).

*Ante conditam condendamve.* Apparet Livium duo diversa tempora velle designare.

*DUJATIUS* sic interpretatur: «Forte per spatium «ante conditam» ea non absurde intellexeris quae proxime urbis constructionem antecesserunt; per «ante conditam» ea quae ante ipsum Romulum a Troicis usque temporibus acciderant». Contra tenet E. COCCHIA: *conditam* ad remotiora, *condendam* ad proximiora refert. *Ante, particula, raro gerundivis praeponitur; hic vero propter unionem gerundivi cum participio praeterito.*

*Urbem.* Per antonomasiā dicitur de Roma. QUINTIL., 6, 3: «Urbis appellatiōnem, etiam si nomen proprium non adiceretur, Romam tamen accipi est receptum». Discriben nota inter *civitatem et urbem*. *Urbs* proprio moenia et aedificia significat, dum *civitas* est civium multitudo in eodem loco habitans eodemque jure vivens. CIC., *Sext.*, 42, 91: «Tum res ad communem utilitatem, quas publicas

appellamus; tum conventicula hominum, quae postea *civitates nominatae* sunt; tum *domicilia conjuncta*, quas *urbes* dicimus, invento et divino et humano jure moenibus saepserunt».

*Decora = más conforme con, más dignos de.* Hoc sensu a Livio adhibetur. «Relatos más dignos de poéticas leyendas que de seguras fuentes históricas».

*Affirmare, refellere = refutare, redarguere.* CIC., *Orat.*, 1, 20, 90: «Et id quod intenderemus confirmare, et id quod contra dicetur, refellere».

*In animo est.* Ut copiam mireris sermonis latini, en quomodo oratio «in animo est» classicorum modis variari potest: «in animo habeo, apud animum, in eo est ut, sic animum vel in animum induxi, hunc suscepi animum, animus mihi est, in eo sum ut, meus est animus ut...», cet.

*Datur haec renia = se concede el que.*

*Antiquitati.* En varios sensus hujus vocis:

a) *qualitas* qua res pollent quae ante nos fuerunt: *antiquitas generis, gravissimae antiquitatis viri.* Sumitur pro antiquis moribus, vitae bonitate ac simplicitate.

b) *occurrit ut nomen concretum: vestistas, antiquum tempus.* CIC., *Orat.*, 50, 169: «Habet autem ut in aetatibus auctoritatē senectus, sic in exemplis antiquitas».

c) *res* quae antiquo tempore factae sunt. Sic: *memoriae antiquitatis amator.*

d) *translate, seu per metonymiam antiquitas ponitur pro ipsis hominibus antiquis.* CIC., *leg.* 2, 11, 27: «antiquitas proxime accedit ad deos.» Hoc loco dices: *datur haec renia antiquis.*

*Miscendo.* Aliquid aliqua re, cum aliqua re, aliquando *in* aliqua re.

*Humana divinis.* Opposita proxima, idque eleganter, collocari solent,

*Augustiora.* «Ponitur pro venerabili, majestate plena, quales sunt res religiosae et sacrae; ita tamen ut in ipso aliquid sacri et religiosi inesse significetur» (FORCELLINI).

*Consecrare Proprie: ex profano sacram religiosumque facere, diis dicare. Aliquando vero, ut in hoc loco, de rebus dicitur quarum origo ad deos refertur: CIC. I, Nat. Deor. 3, 19, 50: «virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam».*

*Auctores* (Augeo). Auctor est, 1.<sup>o</sup> qui gignit, producit. 2.<sup>o</sup> qui aliquid aedificavit, vel urbem condidit, aut artem aliquam repperit, aut rem instituit aut fe-

*cit primus. 3.<sup>o</sup> speciatim is est a quo gens aliqua originem dicit.*

*Parentem ferat == tenga por, considera como.*

*Gentes humanae, populo Romano opponit: Todos los pueblos.*

*Patiuntur... patiuntur. Hinc acquiesce-re, se accomodare, non repugnare significat. Cum idem iteratur verbum, diversis tamen modis, claritatem quamdam et efficaciam oratio comparare videtur.*

CAROLUS E. MESA, C. M. F.

## **In Angelum Custodem**

*Salve; care comes, lucide spiritus!  
Testem te tenerae sollicitudinis  
Caelestis Pater ire  
Jussit qua graderer via.*

*Qui torques oculos a facie Patris  
Nunquam, sed properas jussa capessere  
Nunquam desseruisti  
Permissum fidei tuae*

*O, individuum si socies mibi  
Te tantum comitem, quam bene consulas;  
Nusquam non quia vadam  
Fulgenti simul angelo.*

*Nunc te cogit amor mille modis meum  
Observare bonum: turpia dedoces,  
Hortaris facienda,  
Impetas data gratiae.*

*Annis ab! quotiens praeteritis tuum  
Sensi praesidium! Te duce corpus est  
Salvum, te duce crevi  
Templi munere sacri.  
  
Romae.*

*Tantis pro meritis quid tribuo cliens  
Caelesti vigili? Cultor ut infrequens  
Raro gaudia gusto  
Quae fert alta sodalitas.*

*Totos saepe dies immemorabilis  
In ventos quotiens te patior loqui  
Caecus cesso tueri  
Virtutis specimen tuae.*

*En oro veniam moribus his pudens.  
Si mortale genus corpore scis iners  
Caeli cernere mira:  
Perges esse bonus tuo.*

*Menti saepe meae te memora, precor,  
Nam post hac totiens sic statuo volens  
Grate te venerabor  
His dignatus amoribus.*

*Et ne desieris ducere me manu  
Vitae per celeres et dubias vices!  
Post da tangere portus,  
Portus tangere patriae!*

*Andreas AVENARIUS, S. V. D.*

## C E R T A M E N

*Omnes PALAESTRAE LATINAЕ socii atque lectores ad certamen invitantur:*

**Argumenta:** I. *Carmen vel sertum poëticum in Pontificia Coronatione —hoc anno peragenda— simulacri Iti. Cordis Btae. Mariae Virginis, quod in Sanctuario Barcinonensi (P. Claret, 47) colitur, vel in Consecratione to'ius orbis eidem Purissimo Cordi a Pio pp. XII peracta,*

Praemium: Humanidades Clásicas. (P. CAYUELA, S. J.)

II. *Articulus penuarius de Tacito vel Tito Livio,*

Praemium: Collectio PALAESTRAE LATINAЕ anni transacti.

III. *Translatio latina odes venerabilis Magistri Aloisii Legionensis: Profecia del Tajo: «Folgaba el rey», vel translatio odes «El Pino de Formentor» (Costa y Llobera),*

Praemium: Collectio TEXTOS PALAESTRA.

IV. *Translatio latina cujusdam festivae narrationis Dni. Quixotis,*

Praemium: Repetitorium (J. JIMÉNEZ, C. M. F.)

V. *Versio hispanica odes Horatii vel fragmenti Vergilii: aut horum accurata imitatio,*

Praemium: Homeri Odyssea (D. RUIZ, C. M. F.)

VI. *Quinque lepidae facetiae vel quoddam crucigrama,*

Praemium: Epitome Historiae Graecae (J. JIMÉNEZ, C. M. F.)

*Elucubrations mittantur aportet ad PALAESTRAE LATINAЕ Actuarium. — Barbastro (Huesca) Conde, 2, ante idus octobres. Duplex involucrum elucubrationem atque auctoris obsignationem separatim continebit.*

*Scriptiones praemio cumulatae in PALAESTRA prodibunt; ceterae quoque, si videbitur, edi poterunt.*

*Agite, adulescentes, selecti juvenes, latinitatis cultores omnes, arma parate atque imprigri exercete!*

# Adjumenta Grammaticalia

## III. NOTANDA DE VERBO ETUSQUE VOCIBUS

### I. — Vox activa

#### Verba transitiva intransitive usurpata

Quaedam vv. activa praeter sensum transitivum habere etiam possunt sensum intransitivum:

- 1) quaedam vv. quae generatim complemento directo efferuntur, absolute seu intransitive interdum adhibentur; complementi directi notio —quae deest— vagè significatur
- 2) in quibusdam locutionibus subauditur complementum directum, quod initio semper exprime batur: verbum tunc prima fronte intransitivum videtur
- 3) alia tandem vv. sensum commutant et intransitive vel reflexive usurpantur

Permittere alicui potestatem (otorgar); permittere alicui (conceder plenos poderes). Aestas exceptit hiemem (sucedió). Turbulentior annus exceptit (siguió).

Ducere (exercitum), mandar un ejército. Movere (signa, castra), partir. Appellare (navem), desembarcar. Mereri (stipendium), militar. Tendere (tabernacula), acampar. Conscendere (navem) embarcarse. Appetit gloriam (desea), nox (se avecina).

Concedere aliquid alicui (conceder), — barbaris (retirarse ante los bar.). Disterre victoriam (diferir), — ab aliquo (diferenciarse), cfr. superare, defi- cere, movere, inclinare, cet.

### II. — Verba intransitiva transitive usurpata

- 1) vv. sensuum eorumque significaciones
- 2) vv. quae gustus et olfactus per motiones (sensaciones) denotant :
- 3) alia vv. variis sensus praesertim cum pronomine neutro accusativo
- 4) vv. cum accusativo etymologico :

miror, queror, despero, gratulor, horreo, defleo, lugeo, cet.: deflere casum. Sapior, resipio, sitio: olere vinum, mali- tiam, dolere doctrinam. Loquor, natio, spiro, spumo, laetor, lamentor, gloriior, assentior; Unum studere (tener una sola preocupa- ción).

a) vivere vitam, currere cursum, gaudere gaudium; b) actatem vivere, canere Pythia, cet.

### III. — Verba reflexiva hispánica (voci mediae lat. respondet)

(De voce media latina cfr. RIEMANN *Syntaxe lat.* § 133; RIEMANN-GOELZER, *Gram. comparée gr. et lat.* § 210)

Vertes latine:

- 1) voce media (passiva) : Lavor (me lavo y soy lavado); alor (me alimento); fallor (me engaño); exerceor, delector, recreor, relaxor, effundor, occultor, cet.
  - 2) voce activa appositis pronominibus me, te, se nos, vos, se : Se abdere, se abstiner, se afflictare, congregare, convertere, cripere, excusare, movere, prae- cipitare, recreare, cet.
  - 3) voce activa, sine pronome : Nilus praecipitat (se precipita). Vertit fortuna (se cambia). Terra movet (se mueve, tiembla). Tenet silentium (se apodera).
  - 4) verbo deponenti : Glorior (me glorio), queror (me lamento) vescor (me alimento), nitor (me apoyo).
- N. B. a) Pronomen reflexivum hispanum, — cum ad personam sese refert cuius est corporis membrum, vestis, etc. in eaque pers. actio verbi exercetur — sumpsi latine deest.  
b) aliquotiens pronomen apponitur claritatis et intensionis causa

Aperio caput (me descubro la cabeza). Manus lavo (me lavo las m.). Induo tunicam (me visto la t.).

Evellere sibi capillum (arrancarse un cabello).

### IV. — Pronomen se,

quod passivam impersonalem hispanicam connotat, vertes:

#### A) Passivâ latínâ:

- 1) cum vv. transitivis in omnibus pers. : Laudor (se me alaba); laudati sunt (se les alabó).
- 2) cum vv. intransitivis in 3. pers. sing. : Ite (se va); ventum est (se llegó); descendimus (se bajó).

#### B) activâ latínâ:

- 1) in 1. pers. plurali cum subjectum actionem verbi perficit: Quae volumus, ea credimus libenter (se cree, lo q. se desea; Naturam si sequemur (si se sigue)).
- 2) in 3. pers. plurali cum verbis dicunt, ferunt, tradunt, ajunt, narrant, appellant, cet. Narrant Homerum fuisse caecum (se dice que).
- 3) in 2. pers. singulari futuri indicativi et temporum subjunctivi : Ut sementem saceris (según se siembra). Memoria minuitur, nisi eam exerceas (si no se ejercita).
- 4) cum pronomibus indefinitis quis, aliquis, quisquam, quisque : Dicit aliquis. Forsitan quispiam dixerit (se dirá tal vez). Quae quisque vult (lo q. se quiere).
- 5) voce res : Res venit ad manus (se llegó). Res est in periculo (se está).

### V. — Vox passiva

#### A) Personalis (cum vv. transitivis):

Adhibetur in omnibus pers:

amor, amaris  
amabar, amabor  
amatus, sum, es  
amandus, sum, es, cet.

Agens seu subjectum, si est persona, in ablativo cum praep. a, ab, ponitur; si res, sine praeposit. Patria a nobis amat. Pictate Deus colitur.

#### B) Impersonalis (cum vv. intransitivis):

adhibetur in 3. pers.  
itur, itum est.  
eatur, iretur  
itum est, sit  
~~etiam~~ sit, cet.

Agens seu subjectum in conjugatione periphrastica (s. cum verbali in -nd- in dativo ponitur:  
Nobis patria amanda est.  
Nobis moriendum est.

- N. B.: a) Passiva, qua hispani utimur cum vv. poder, deber, acostumbrar, latine in infinitivo transfertur  
b) Perfectum: coepitus, est, desitus est (sum) adhibendum est cum infinitivo formâ et significatione passivâ. At coepi, desi (actio) cum infinitivo formâ passivâ, sed significatione activa (i. e. reflexiva seu media et cum deponentibus activis)

Hoc dei potest, debet, solet (se puede, se debe acostumbrar decir).  
Pons initii coepitus est (se comenzó a o. — comenzó a ser construido). — Exercitus, moveri coepit (=moverse: reflexive). Dis- sensio civilis oriri coepit (=oriri: depo- nens est).

### VI. — Actio reciproca


Hispanice pronominima usurpamus nos, vos, se, additis interdum entre sí, mútuamente, recíprocamente, el uno al otro. Latine primum pronomen hispanum omittendum est, sic: inter sé amant, nullo modo: se amant inter se.

- Vertes: 1) praepositione inter : Amici adjuvant inter se.  
2) pronomibus alias-alias, alter-alter, uterque-alter : Amici alias aliis adjuvant; alter alterum (—si duo sint—).  
3) substantivi repetitione : Amicus amico adjuvat.  
4) cum pleonasmo (n. 1 + 2) : Amici inter se alii alios adjuvant.  
N. B. Inicem apud probatos scriptores significat visissim: a su vez, por turno, alternativamente, non vero reciprocamente.

### VIII. — Verba redundantia (fraseológicos)

- 1) Saber, poder, querer, deber, etc. Saepius omittuntur in sermone latino et respondent verbis activis latinis: Parvo contentus est (sabe estar contento). Contumaciam tuam non prebo (no puedo aprobar.) Hoc unum dico (quiero solo decir). Jussa magistris qui metuet, non metuet verbora (no debe temer). Multi avaritia impelluntur (se dejan arrastrar). Nonne commovetere? (no te sientes-dejas comover.) Rhodanus vado transitus (se puede pasar). Verecundor prodire (siento vergüenza de salir). Inclusus sum (me vi encerrado). Fateor (me veo obligado a confesar).
- 2) verba redundantia reflexiva dejarse, sentirse, encontrarse, verse, poderse responder passivae seu mediae latinæ : JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

## *Nova et Vetera*



### *Silva. - Venatio*

1. Heri jucundam diem in silva egi. Industria quae in animalibus et insectis<sup>5</sup> — quibus est frequens silva — viget, maxima delectatione me affectit.

Aranea,<sup>1</sup> quae telam<sup>2</sup> inter duos ramos contextit ut muscam praeter eum tem cipiat, cochlea<sup>4</sup> quae operose concham trahit, scarabaeus praedam consecans, diligens formica juxta cuniculum<sup>6</sup> inquieta: totus hic parvus mundus ibat, redibat, miro quodam fervore operabatur.

2. Serpens,<sup>7</sup> quem primo viperam duxeram, sed qui coluber tantum erat in arboris trunko se complicabat et interdum tenue caput, quod semper ad mordendum paratum videbatur, producebat. Coram me grandis limax<sup>8</sup> graviter serpebat, postquam quaedam ex dulciculis fragis,<sup>11</sup> quae hic copiose nascuntur, devoraverat.

3. Solum silvestribus floribus conspergebatur; primulae veris,<sup>9</sup> vincapervinciae<sup>10</sup> aliaeque complures stirpes, quas ego haud videram, inter herbarum cristas<sup>12</sup> floreabant.

4. In hac regione, tuber fere ut boletus,<sup>14</sup> abundat et porculus qui custodis silvae erat, subtili gula ut quaedam detegeret, quaeritabat.

5. Scaenae finem, quae me plurimum oblectavit, spectavi. Custos silvestris, ex sui canis venatici<sup>15</sup> narium sagacitate, improvisus aderat praedatori<sup>22</sup> cum is venationem,<sup>17</sup> quam occiderat, secum asportare tentabat. Praedator diffugerat, cum praedam deponere, potius quam comprehendendi maluisset, ac lepus,<sup>18</sup> cerva,<sup>19</sup> capreolus,<sup>20</sup> aperque<sup>21</sup> maxima custodis voluptate in gramine jacebant.

6. Silva miram quandam arborum varietatem complectitur. Fagi<sup>23</sup> et betulae,<sup>26</sup> pini quae resinam<sup>27</sup> generant, quercus<sup>29</sup> aliaeque plures, ramos intexunt. Hedera<sup>24</sup> quae magnarum arborum trunko adhaeret, procerae silvae viriditatem atque splendorem tribuit, qui placide cum clariore et leviore musci<sup>31</sup> colore convenit, ubi picus viridis<sup>30</sup> insecta perquirit.

7. Vetustae quercus animum allexerunt. Earum praegrandes ac tortae radices<sup>32</sup> e superiore solo emergentes, roboris atque vigoris speciem praebent; ac mecum ipse quaero quare dominus<sup>35</sup> animum inducat ut eas caedat et serrae<sup>34</sup> lignatoris<sup>33</sup> tradat. Miselli trunci<sup>36</sup> cortice<sup>37</sup> denudati aut operarii<sup>39</sup> ascia<sup>38</sup> discissi miserationem mihi movent.

8. Prope, senex carbonarius<sup>41</sup> rutro carbonis struem<sup>42</sup> concinnabat, et anus sarmmentorum aridorum fascem,<sup>40</sup> ex scopis arborum caesarum compositum, exportabat.

9. Parumper in custodis<sup>46</sup> domo quiescere optabam, sed cum prope stagnum<sup>45</sup> perveni, in quo bellulus cygnus<sup>45</sup> natat, recentem eluvionem<sup>44</sup> viam in paludem permutassem perspexi. Iter mihi flectendum fuit atque transiens juxta cedrum,<sup>49</sup> populos,<sup>48</sup> ulmumque<sup>47</sup> quae ad semitae oras jacent, e caedua silva<sup>54</sup> mirum cervum<sup>50</sup> erumpere vidi, atrociter laccessitum canum turba, quam insuper exploratorum<sup>52</sup> cornu<sup>53</sup> concitabat. Miseranda fera invalida jam erat. Quae per pauculis ante me passibus emortua concidit.

10. Custodis silvestris filius, quem venationis insectationisque strepitus allegerat, domo egressus est, et ambo in silvam reversi sumus. Super ramulum vetulac quercus picam<sup>56</sup> perspexerat. Nidum autem in fronde<sup>58</sup> latere arbitrabatur. Quem detegere cupiebat.

Velut sciurus<sup>61</sup> agilis a ramo in ramum<sup>55</sup> enitebatur, at nihil repperit idque tantum, effecit ut anus cornix<sup>60</sup>, quae in ramo<sup>57</sup> insidebat, evolaret. \*

## Vocabularium

- |  |  |
|--|--|
| insecta, orum, n. pl. [bestiola, ae], <i>insecto</i> , in-   | 26 betula, ae, <i>abedul</i> , bouleau.                  |
| secte.   | 29 quercus, us, f., <i>encina</i> , chêne.               |
| frequens, ntis, <i>poblado</i> , peuplé.                     | 31 muscus, i, m., <i>musgo</i> , mousse.                 |
| 1 aranea, ae, <i>araña</i> , araignée.                       | 30 picus viridis, <i>picoverde</i> , picvert.            |
| 2 tela, ae, <i>tela</i> , toile.                             | animum allicere, <i>enchantar</i> , charmer.             |
| 4 cochlea, ae, <i>caracol</i> , escargot.                    | torquère, <i>torcer</i> , tordre.                        |
| concha, ae, <i>concha</i> , coquille.                        | e superiore solo emergentes, <i>medio salidas del</i>    |
| scarabaeus, i, m., <i>escarabajo</i> , cerf-volant.          | <i>suelo</i> , sortant à moitié de terre.                |
| 6 cuniculus, i, m., <i>bormiguero</i> , fourmilière.         | species, ei, f., <i>apariencia</i> , apparence.          |
| servor, oris, m., <i>animación</i> .                         | caedere, <i>hacer cortar</i> , faire abattre.            |
| vipera, ae, <i>víbora</i> , vipère.                          | 34 serra, ae, <i>sierra</i> , scie.                      |
| coluber, ri, m., <i>culebra</i> , couleuvre.                 | denudatus, 3, <i>despojado</i> , déponillé.              |
| se complicare, <i>agazaparse</i> , se blottir.               | 37 cortex, ictis, m., <i>corteza</i> , écorce.           |
| tenuis, e, <i>delgado</i> , fin.                             | discissus, 3, <i>bendido</i> , fendu.                    |
| producere, <i>sacar</i> , sortir.                            | 38 ascia, ae, <i>bacba</i> , cognée.                     |
| 8 limax, ácis, <i>babosa</i> , limace.                       | 39 operarius, ii, <i>jornalero</i> , journalier.         |
| graviter, <i>penosamente</i> , lourdement.                   | rutrum, i, n. [pala, ae], <i>pala</i> , pelle.           |
| 9 primula veris, <i>primavera</i> , primavère.               | 40 fascis, is, m., <i>baz</i> , fagot.                   |
| 10 vincapervinca, ae, [vicapervica] <i>bierba don-</i>       | scopae, arum, pl. f., <i>ramitas</i> , brindilles.       |
| <i>cella, pervenche</i> .                                    | 42 strues, is, f., <i>montón</i> , meule.                |
| 11 fraga, orum, n. pl., <i>fresa</i> , fraise.               | concinnare, <i>preparar</i> , préparer.                  |
| copiose, en abundancia.                                      | 43 stagnum, i, n., <i>estanque</i> , étang.              |
| 12 crista, ae, <i>porción</i> , montón, touffe.              | 44 eluvio, onis, f., <i>inundación</i> .                 |
| tuber, ēris, n., <i>trufa</i> , truffe.                      | palus, ûdis, f. <i>pantano</i> , marécage.               |
| 13 porculus, i, m., <i>pequeño cerdo</i> , p. porc.          | iter mihi flectendum fuit, <i>tuve q. dar un rodeo</i> , |
| 14 boletus, i, m., <i>bongo</i> , champignon.                | je dus faire un détour.                                  |
| subili gula, con aire goloso, d'un air gourmand.             | 45 cygnus, i, m., <i>cisne</i> , cygne.                  |
| narium sagacitas, olfato, flair.                             | 48 populus, i, f., <i>álar</i> , peuplier.               |
| venaticus, 3, de caza, zarcero, basset.                      | ulmus, i, f., <i>olmo</i> , orme.                        |
| custos silvestris, guardabosque, garde forestier.            | erumpere, <i>desembocar</i> , déboucher.                 |
| 18 lepus, òris, m., <i>liebre</i> , lièvre.                  | 54 caedua, silva, <i>soto</i> , taillis.                 |
| 20 capreolus, i, m., <i>corzo</i> , chevreuil.               | turba canum, <i>fauría</i> , meute.                      |
| 22 praedator, oris, m., <i>cazador furtivo</i> , braconnier. | explorator, oris, m., <i>montero</i> , piqueur.          |
| 23 tagus, i, f., <i>haya</i> , hêtre.                        | invalidus, 3, sin fuerzas, à bout de forces.             |
| 24 hedera, ae, <i>yedra</i> , lierre.                        | venatio atque insectatio (?) montería, chasse            |
| 25 procera silva, oquedad, lutaie.                           | 56 pica, ae, <i>picaza</i> , pie. à course.              |
| viriditatem atque splendorem tribuere, <i>dar un</i>         | 58 frons, ndis., <i>follaje</i> , feuillage.             |
| <i>tinte verde</i> reluciente, donner une teinte             | 60 cornix, ictis, f., <i>corneja</i> , corneille.        |
| verte brillante.   | 61 sciurus, i, m., <i>ardilla</i> , écureuil.            |
| convenire cum, <i>hermanarse</i> , s'unir.                   | enîti, <i>trepas</i> , grimper.                          |
| color, oris, m., <i>tono</i> , ton.                          | anus, us, f. (subst, y adj.), <i>vieja</i> , vieille.    |
| levis, e, <i>suave</i> , doux.                               | JOSEPHUS M. <sup>a</sup> MIR, C. M. F.                   |

\* Ex opusculo *Livret explicatif des Tableaux Auxiliaires Delmas* (40). E. ROCHEILLE, p. 57. — Versio latina licentia EDI-TIONUM DELMAS prodit: jura proprietatis vindicantur.

# **Per Orbem**

## **Latinus sermo apud scholas columbianas.**

In Ratione a supremo studiorum Moderatore indicta pro baccalaureato apud scholas columbianas obtinendo quaedam circa latinitatem notatu digna statuntur. Methodus, uti ajunt, analytica extollitur, qua ex aliquo textu latino in scholis proposito, tum verborum flexiones, tum regulae syntaxicae, magistro duce, ab ipsis tironibus eruantur.

Rogantur deinde ludi magistri ut misceant utili dulce, explanationes non omittant quae nexum inter hispana et latina vocabula ostendant, ea tangant quae ad plenorem populi romani cognitionem inservire videantur.

Recta denique linguae latinae pronuntiatio suadetur, ea sc. quae aurea sermonis aetate floruit, hodie a studiosis auctoribus comprobatur, a Joveo nostro in hac ipsa PALAESTRA exposita, a P. Navia, claro illo scriptore columbiano, luculenter edocta est. Quantum autem haec suasio in animos docentium descenderit vel ea fides sit quod in omnibus conlegiis recta jam viget pronuntiatio. Nil mirum cum Oxonii sit mos ut ea in sollemnibus Universitatis concessibus adhibeatur.

## **«Atenas» pro ingenuis litteris.**

Silentio praeterire non possumus quantum de ingenuis litteris mereatur clarissimus commentarius «Atenas», Matriti pro docentibus editus, qui certe ex ejus lectione mirabiles utilitates capient. Fere nullum hujus commentarii fasciculum per volveris, qui non inserat doctas scriptiones de rebus graecis vel latinis.

En quaedam, lector, ad rem nostram maxime spectantes:

ANTONIO ABAD. — *El método en la imitación.* — feb. 1941.

ENRIQUE BASABE. — *Organización de los cursos de perfeccionamiento clásico.* — maj. 1941.

ANTONIO ABAD. — *Imitación de la forma interna de los clásicos.* — jun. 1941.

F. A. D. — *Viviendo los clásicos. - Tito Livio, paduano, orador.* — jul. 1941.

ENRIQUE BASABE. — *Cómo enseñé el primer curso de griego.* — nov. 1941.

ABILIO ALAEJOS. — *El propósito de Filología clásica española.* — nov. 1941.

RAMÓN SÁNCHEZ. — *Homero, educador de la antigüedad clásica* — oct. - nov. 1942.

RAMÓN CUE. — *Sófocles y su teatro de Ignacio Errandonea.* — april. 1943.

ENRIQUE BASABE. — *Helenidad e Hispanidad.* — jun. 1943.

G. SEDANO PUENTE. — *Un método práctico de iniciación latina.* — jun. 1943.

Hac tandem oblata occasione, benevolo atque humanissimo Commentarii Moderatori parem et cumulatam gratiam referimus ob immerita eaque iterata in PALAESTRAM LATINAM praeconia. Nos quidem pertinaci studio prosequemur incoepatum.

## **Eliseus Viejo Otero.**

Apud Escobar de Polendos diem suum immatura morte obiit Eliseus Viejo Otero, annos adulescentiae nondum egressus, at accuratissimis studiis jam clarus.

Philologiae latinae studiosissimus cultor, magnos, pro aetate, vigiliatum suarum fructus percepit, quod egregie testantur, praeter vulgata apud Emerita, plurimae et eae non aspernendae quae manu scriptae supersunt scidulae.

Selectionem Catulli, de Bello Civili Caesaris, libros pro scholis commentaris ornatos absolvit, plura componenda decreverat, incopta vel parata reliquit.

Cum ergo in tam praeclaro adulescente Institutum Nebrija - cuius fuerat socius -, litterae, Patria, sitas et collocatas omnes rationes haberent, ejus morte, sane immatura - nam fere natus vigesimum et secundum aetatis annum -, ingenti auxilio, ingenti spe destituuntur Sit ei gloria beata! — C. MESA, C. M. F

## **Palaestra Exercitatoria**

### **Viatoris fessi cantus ad Jesum**

*Pone riator iter, fame inuste et templa subito  
 carne quibus patrius, pectora nutrit Amor.  
 Sterne caput; tigitis rutilat Deus Ipse ministri:  
 Haud moral flore aperi os candidiusque tuum.  
 I, bibe inexhaustas sitiens fam sanguinis undas:  
 molle rosarum instar pectora vulnus hiat.  
 Pallet, quem retulit virgo monialis, adustus  
 flos, ita et in facie pallor amore tibi est.  
 O praedulce decus, mortalis mentis, et esca  
 Jesu, cum crucior fessus ab hoste, ciba.  
 Tardus, me miserum! tua veni ad vulnera, Christe,  
 nidificatus; parce, benigne, moras.  
 Sanguine perfusum blonde ad pectus premor ulnis:  
 Erga te, fili, me crucifixit amor.  
 Heu, patienti quot sunt vulnera, carmen amoris  
 sunt ad cantandum, pulchra tot ora mihi.  
 Christus ut haec dixit; genu flexus et ipse canebam  
 flumine per tristes usque cadente genas;  
 Peccavi nimium, Jesu, fons dulcis amoris,  
 aestus permulce — pectoris unda! —, meos.  
 Qui semel hac mundatus aqua, non criminе foedar  
 amplius, o Jesu semper amande mihi!  
 Tuque riatoris, calidis constringe lacertis  
 diraque ad pectus comprime morte caput.*

*Segedae, Kalendis februariis.*

*Josephus BAGARIA C. M. F.*

### **In «PULCHRE» censuram<sup>1</sup>**

*Cur «PULCHRE» tacitis et nigris condis in umbris  
 'Ora venusta tua et fulgida luce rubras?  
 Cur nos decipis et numquam rutilare videmus  
 In foliis albis lumina grata tua?  
 Quando, o «PULCHRE» bone, nos fulgore fruemur  
 Frustra quem nostri saepe manent oculi?  
 Jam loca nigra relinque; rubro signaque nitore  
 Pagellas, sed non lumine caeruleo.  
 Delecta nostros oculos, ostendeque luces  
 His ignotas; hic pone sigilla tua.*

### **«PULCHRE» censuræ responsum**

*His, qui suaviter educunt me, dulcis ut Orpheus,  
 Carmina fundentes plena melode<sup>2</sup> lyrâ,  
 Laurigera arce sacra musarum, fulgida «PULCHRE»  
 Ora fere monströ et pulchra nitore rubro.*

*Alabonae, exacto 5.º latinitatis a.*

*Aloisius CANALS, C. M. F.*

<sup>1</sup> «Pulchre» est maxima censura quae alumnis tribuitur; omnium maxima rubro colore scribit magister, caeruleo alteram. — 2. Melos fere indeclinabile habetur.

## Bibliographia

**Laín Basilio.** — «Gramática Latina», I. I: «Morfología», 204 págs., I. II: «Sintaxis», 242 págs. (7 plas.) — L. López, Coso Alto, 3, Huesca.

Lectoribus et magistris litterarum latinorum Grammaticam latinam Dni. Basili Laín, —Cathedralici Caesaraugustani— enixe libenterque commendamus.

Morphologiam fere completam dixeris: in ea quaedam etiam nunc controversa vel quae in aliis grammaticis desiderantur optimo judicio atque alumnorum mentibus aptata dilucidantur atque exponuntur: orthographia ubique probanda. —Quae tamen omnibus cumulari laudibus meretur est syntaxis, in qua prudens scriptor maxima claritate, ordine, subtilitate leges syntacticae ita digessit atque ordinavit, ita opportunis compendiis ac notulis instruxit ut adolescentes leges syntacticas ad classicorum scriptorum normam ediscant et optimam latinitatis viam ingrediantur: nobilitibus certe, quae in Hispania prodierunt grammaticis, hanc adiuvaverabis. De prosodia et metrica tamen minus subtiliter auctor agere videtur.

**Laín B.** — «Religión», 1.er curso; «Vida sobrenatural», (III), obras aprobadas para texto. L. López, Coso Alto, 3, Huesca.

Praeter opera quae ad litteras latinas spectant alta quoque conscripsit Dnus B. Laín a ministerio Educationis Nationalis approbata, inter quae *Religio et Vita Supernaturalis*. Prior fidei dogmata Decalogi et Ecclesiae praecepta, Sacra-menta, orationem, virtutes complectitur atque explanat. Altera dogmata, praecepta omittit, atque eodem ordine de gratia, sacramentis, oratione, virtutibus agit. In explanatione ordo, brevitas, claritas, soliditas praesertim eluent, quibus virtutibus scholarum textus maxime ornari oportet. Aptissimas notulas ubique invenies quibus uberior traditur explicatio; saepius res exemplis et com-

parationibus illustratur, quae omnia jucundos gratosque alumnis reddent Religiosis libros Dnus Laurentius López, alia opera de lingua latina et hispana a ei Dno. B. Laín exarata, edidit, quae alias forte lectoribus praebebemus.

J. M. Mir, C. M. F.

**Torres S. J. Francisco; Collantes S.**

**J. Justo.** — «Antología Analítica de textos castellanos». Primer curso, 162 págs. — Segundo curso, 202 págs. — Tercer curso, 369 págs. — Edit. Escelicer, Cádiz 1941.

Hos libros, qui legerit, mirifico artis sensu, plena classicorum cognitione, magistrorum manu, cito sentiet esse perfectos.

Non enim auctores —ut hactenus more confirmatum—, Selecta tantum classicorum referunt ab alumnis proprio labore degustanda, sed per notulas ea omnia revocant quae auctoris vitam, genus dicendi, artem excogitandi, distribuendi, illustrandi clarius patefacere possint.

Nova et vetera vocabula, orationum atque sententiarum nexum, copiam elegantiamque dicendi, si alumni facile comparabunt, qui hos libros assidua lectione volutaverint Eos igitur ita commendo ut majore studio commendare non possem.

**Bayo M. José.** — «Peristephanon de Aurelio Prudencio Clemente». Estudio y traducción directa. 230 págs. Edit. Hernando Madrid, 1943.

Peristephanon liber est in quo Aurelius Prudentius Clemens, summus poëta, suavissimis exornat carminibus martyres Christi laurean adeptos certaminis.

Neminem ignorare arbitramur hunc libellum pro litteris aequo ac pro historiis haud parvum habere momentum. Qua ductus ratione M. J. Bayo, nobilis professor, his librum, docta præfatione præmissa, hispane redditum offert quibus non pateat latinus sermo.

Cl. Bayo fidelitati venustatem jun  
xisse aperte fatendum est.

NONIUS COMPLUTENSIS, C. M. F.

**Ortiz de Llaneza M.** — «*Antología Griega*; Adaptada al cuestionario Oficial para los tres primeros cursos de griego del Bachillerato, plan 1938. 1942, Editorial Bibliográfica Española, Barquillo, 9. Madrid; Precio 12 ptas.

Bellum opus septuaginta quattuor constans lectionis seu textus pagellis atque centum sex et viginti lexici, nobis sedulus adfert Dnus. M. Ortiz de Llaneza. Censuram novimus qua, bene de litteris meritus P. Errandonea («Razón y Fe», octubre-septiembre 1943) libellum notat.

Auctori tamen tirones plurimam relaturos esse gratiam minime dubito eo quod ad eorum manus pervenire fecerit aliquid vel forte amissum vel certe comparatione difficile.

Ut pusiones libro solute ludere queant ea opus habent Grammaticae notitia quam post primum curriculum adipisci solent.

Nonnulla praeterea menda (*πιναξίος* Ejer. 9.º, 2, *πινάξ-κος* in lexico), et defectus animadvertisimus (ibidem *κυνηγέστον*, *καταιρώ*, *σιμβόλα* a *σιμβόλος*) quae omnia plene digesta in subsequentibus editionibus merito speramus.

P. TEJEDOR, C. M. F.

**San Felices-Gusendos.** — «*Antología Griega*. — Librería Enrique Prieto, Preciados, 48, Madrid.

Dnus. Henricus Prieto, nobilis matritensis bibliopola, quaedam edidit opera quae alumnis litteris graecis vacantibus magno erunt adjumento. Anthologiam graecam PP. San Felices et Gusendos in primis commendandam suscipimus. Ex scriptoribus graecis excerpta selegerunt: vocabulariis, etymologiis, analysi scitisque commentariis ornarunt: quibus selectum aptarunt fasciculum. Haec est autem libri metho-

dus: primo oratunculae faciliores in vernacula vertendae proponuntur; deinde triginta Aesopi fabulae et dialogi, Luciani. Festivae tandem Anacreontis odes sequuntur: his omnibus jucunde pueri erudiuntur. Alta vestigia linguae Homericae in hispanicam interdum alumnis monstrantur. Alterum volumen —quod auctores promittunt— lectores exspectant.

**R. Sánchez, S. J.** — «*Epítome de Gramática Griega*. — Lib. E. Prieto.

Libelli scopum titulus luculenter indicat: morphologiae et syntaxis elementa prorsus necessaria magister discipulos docet, isque veluti paedagogus, primos pueri gressus in semitis linguae graecae sollerter regit. Auctor altiora opera lectoribus nuntiat elaboranda.

S. GONZALEZ, C. M. F.

**Aparicio F. S. J.** — «*Demóstenes: La primera Filipica*. — **García A. S. J.** «*Critón*». — Establecimientos Cerón y Librería Cervantes. Cádiz.

En duo opuscula inter se methodo valde similia: quorum primum Demosthenis, alterum vero Platonis opus continet. Utrumque sic procedit: premititur elaborata praefatio historica, in qua vita scriptoris, aetatis suae adjuncta et varia fortuna, temporis momentum quo dialogus vel oratio prodit, singulari studio et probato iudicio dilucidantur; textui deinde accuratae annotationes grammaticales, historicae, cet. apponuntur, quibus facilius scriptoris mens ostenditur; nonnullae appendices subsequuntur, quodam tandem verborum indice e graeca in hispanicam linguam derivatorum opus completur. Cumque hujusmodi methodus ad primas litteras graecas edocendas aptissima nobis videatur ideo PALAESTRAE lectoribus haec opera sincero animo commendamus.


TH. DUBIÁN, C. M. F.

# **VINOS de MISA**

## **J. DE MULLER, S. A.**

### **TARRAGONA**

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)  
Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

### **Garantía de absoluta pureza**

**E X Q U I S I T A   C A L I D A D**

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

**Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis**

# **HIJO DE QUINTIN RUIZ DE GAUNA**

**Velas Litúrgicas para el Culto**

Economía increíble usando mis velas especiales con el  
CAPITEL GAUNA patentado.

LÁMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo, de cuatro días de duración. ¡LIMPIEZA ABSOLUTA! ¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

**V I T O R I A (Alava)**

**FOTOGRABADOS**  
**M. SOLANO**



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

**BARCELONA**

Lapiceros Mecánicos y de  
cuatro colores  
Plumillas oro 14 k.  
y chapadas  
Fornituras en General

**Casa**  
**Teflocan**

PLUMAS Estilográficas  
Ventas al Mayor  
Fontanella, 10, 2.º, 2.ª  
Teléfono 23750  
BARCELONA

**ENCUADERNACIÓN, EDITORIAL Y PARTICULAR**

**J. NAVARRO**

**MATILDE, 7**

**BARCELONA (G.)**

**TEL. 78193**

En las compras haced referencia a PALAESTRA LATINA

[www.culturaclasica.com](http://www.culturaclasica.com)

# Exercitationes Scholares

## 1. — Feriae inter Romanos

Poëta Vergilius narrat in Georgicis vitam puram et beatam agricolarum. Quotannis deam terrae laetis caerimoniis honorabant, vittis ornabant hostias easque ducebant per agros ad aram deae; eas ibi sacrificabant ac deinde canebant atque saltabant. Per longas horas diel se dabant laetitiae et oblectamentis; vocabant amicos et memoriam suarum praeteritarum curarum vino abolebant.

JOSEPHUS PAULI


Barcinone, in Col. Cordis Mariae.

## 2. — Villicus

Mane villicus parat asinum sarcinamque super ejus dorsum imponit. Tum ad propinqui vici macellam properat. Asinus tintinnabulum fert. Villicus nummis permuat oppidanis ligna, gallinas, cuniculos, poma sui horti. Deinde calceos et vestes emit redditque ad villam. Vespere in agrum cum asino exit et vineae ramos secat, rigat laeta prata, ac postea cum servis in villam redit. Tandem cum femina filisque ad mensam accubat laetusque vinum potat. Rusticorum igitur vita sana est et felix.

ANTONIUS ESPIER

in Coll. Cordis Mariae alumnus.



## 3. — Contio militaris

«Patria nostra, milites, in magno periculo est. Hostes ad Urbem accedunt. Feminae, pueri, senes Deum orant celeremque rictoriam et integrum ab eo exposcunt. Pauci sumus, at si fortiter magna que constantia ac spe pugnaverimus copias hostium crudelium vincemus. Fide pugnemus et vi, et rictoria nostra erit. Fortes in pugna simus. Stultorum est salutem in fuga quaere-re. In nobis est libertas et salus patriae. Mores virtutum majorum nostrorum forti animo pugnemus hostemque fugabimus».

JOHANNES ROCA MIRALLES

IV cursus alumnus in Coll. Cordis Mariae.

## 4. — Frigida et intempesta irrigatio

Rigoberto cuidam, viro docto, ad mensam laboris sedenti, contigit curiosus casus, quem statim enarro. Aestas erat, calorque premebat. Supra mensam Rigobertus lagoenam habebat currentis siphonis. Ad parietem affixum erat horologium quoddam ponderum, quorum, dum alterum ascendebat, alterum descendebat. Accidit igitur ut, momento quo Rigobertus noster totus libris erat deditus, alterum ponderum supra siphonis vectem descenderit, tuncque repentino tactu, aperta janua, frigidus

liquor intempestive e lagoena expulsus sapientis caput altis cogitationibus calefactum jugique labore fatigatum refrigeraverit. Ex quo tempore Rigobertus cavebat siphonem ne rursus intempestatam frigidamque irrigationem et invitus reciperet.

JACOBUS TOLRA

Barcinone, in coll. C. Mariae

# ***Curiosa et jocosa***



56. Mihi maximo solacio est plures post mortem, mei recordaturos esse. Ain', quas tu amicitiis foves? —Amici forsitan desint, sed plures creditores sae- plus me desiderabunt atque invocabunt...

J. ASPA, C. M. P.

*Barbastri.*

## **In schola**

57. MAGISTER. —Quid est subjectum orationis?

DISCIPULUS. —Nescio.

MAG. —Rem attente considera in hac oratione: *Tu es asinus*. Tu, hic est subjectum, quia actionem peragit. Tenuisti bene?

DISC. —Optime, domine magister.

MAG. —Ergo quid est subjectum?

DISC. —Subjectum est... *tu es asinus...*

V. CONEJERO, C. M. P.

58. Aspicientes in tabulam geographica- m:

Si terra istic est, ubi sum ego?

59. PATER. —Annon majoribus natu- dextram porrigendam esse nescis?

FILIUS. —Quidem, pater, sed ego lae- vus sum.

## **In curru ferroviario**

60. Nunc tandem intellego quod sae- plus audieram: mundum magis magis que in dies retro pergere.

61. —Quae sunt animalia?

—Quae se ipsa movent.

—Affer exemplum.

—Cometa.

## **In geographiae periculis**

63. Unam tantum interrogationem a te requiram. Quaenam inter solem ter- ramque distantia intercedit?

—Eadem quae inter terram et solem.

—Minime, minime, aliud rogo: quot distant metra?

—Veniā tuā, Dñe. magister, haec jam altera interrogatio erit.

C. M.<sup>a</sup> ARIZ, C. M. P.

64. PUER, pharmacopole: Da mihi bellariorum unciam ad tussim.

PHARMACOPOLA: Annon tibi sunt?

PUER: Bellaria certe; Tussis vero est aviae.

F. BOSOR C. M. P. c. 4.<sup>o</sup>

Barbastri.

65. —Quid inter planctum ac risum est?

—Nasum invenies.

RAPHAEL SERRA, C. M. P. c. 4.<sup>o</sup>

## **Bellulum somnum**

66. Quidam miles, cum vacationum dies, quibus ipsi licuerat apud suos degere praetergressus esset, sero ad castra pervenit.

—Cur sero advenisti, inquit castren- sis praefectus?

—Ignosce mihi, quia dormiendo ad Africam tulerunt.

VINCENTIUS MORENO, C. M. P. c. 4.<sup>o</sup>

67. Audivite, de me perperam loqui.

—Cave credas, ego de amicis tantum loquor cum illorum aliquid boni dicere possum.

CONEJERO V. C. M. P. c. 4.<sup>o</sup>

68. Gallaecus humanissimus servie- bat. Quem dominus in emporium misit ut pirorum sesquilibram emeret. Exit ille et medio itinere, eum magna dubita- tio invasit. Deinde domum intrat et in- terrogat: Domine, responde mihi, si non sint piri, eos afferam?

ANTONIUS GÓMIZ, C. M. P.